10. RUFUS IS LOST IN THE BATHS

Narrator: narrator sum.

Lepidina: Lepidina sum.

Flavia: Flavia sum. Lepidina mater mea est.

Rufus: Rufus sum. Lepidina quoque mater mea est.

Narrator: Lepidina et Flavia et Rufus in thermis sunt. Lepidina et Flavia in frigidario sunt.

Lepidina: eheu! ubi Rufus est?

Flavia: Rufus in frigidario non est.

Narrator: ad caldarium reveniunt.

Flavia: eheu! ubi Rufus est?

Lepidina: Rufus in caldario non est.

Narrator: ad tepidarium procedunt.

Flavia: eheu! ubi Rufus est?

Lepidina: Rufus in tepidario non est.

Narrator: Lepidina et Flavia sollicitae sunt. subito Rufu, audiunt.

Flavia: Rufus ridet! Rufus cum amicis garret.

Lepidina: ita vero. Rufus in apodyterio est.

Flavia: Rufus in apodyterio ludit. Rufus improbus est.

Lepidina: Rufe! mecum veni!

Narrator: domum redeunt.

Lepidina et Flavia Rufe! redi ad cubiculum!

Narrator: Rufus lacrimat ………